



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1442. usque ad annum 1460

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1768

VD18 90118324

§. 94. S. Bernardini Senensis obitus

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66507](#)

borum lenociniis prolectata est. Non Sæcul. XV.
 deerant, qui afferere haud dubitabant, A.C. 1444.
 hunc hominem, et si impacti criminis reus
 esset, rem tamen fortiter, probeque e-
 gisse, eo quod genus humanum a sordida
 hujus Prælati avaritia liberasset. In ho-
 scœ laqueos infelix ultro delapsus, crimen
 suum fatebatur, eodemque anno die
 decima octava Aprilis suspensus, in qua-
 tuor partes, quæ ad præcipuas Urbis
 portas appensæ sunt, dissectus est. Vix
 non eodem tempore Eusebius Caymus
 Nobilis Mediolanensis in Cathedrali Ec-
 clesia Mediolani, jussu Philippi Ducis,
 trucidatus occubuit, afficto crimine, quod
 Ducis secreta Francisco Sforzæ Gene-
 ro suo ac Veneti exercitus Ductori pro-
 didisset.

§. XCIV.

Sancti Bernardini Senensis obitus.

Hoc eodem anno die vigesima Maji *Platin.* &
S. Bernardinus Senensis Aquilæ in Ciacon. in
Vestinis, sive ut vocant, in Aprutio ex *Eug. IV.*
 hac vita migravit. Pater ejus itidem
 Senensis ex pervetusta Familia de Albi-
 ceschis, Tollus nuncupabatur, qui Mas-
 sam in Tuscia perveniens, in eadem civi-
 tate sedem fixit, uxoremque duxit Ne-
 ram cuiusdam Nobilis Viri Filiam. Ber-
 nardinus primam lucem aspexit Anno
 salutis

Sæcul. XV. salutis millesimo trecentesimo octogesimo,
A.C. 1444. & tertio ætatis suæ anno Matre, sexto demum utroque Parente orbatus, sub

cura cujusdam Matronæ materteræ sua educandus remansit, donec tertium decimum attingens annum, per Patruos suos Senas advocaretur, ut Grammatica sub Oauphrio, Philosophicis vero disciplinis sub Joanne Spoletano operam daret. Paulo post societati *Disciplinorum*, in magno Hospitali S. Mariæ de Scala in civitate Senarum adscribi curavit, ubi eximio Charitatis fervore, ac pietatis studio peste laborantibus servitium sedulamente operam exhibuit, nec tamen proprium suum corpus miris vitæ austertatibus affligere cessavit. Anno Domini millesimo quadringentesimo secundo in monasterio de Columbario prope Senas Regulam FFr. de Observantia S. Francisci professus est, & susceptis postmodum sacris Ordinibus Sacerdotio iniciatus, totum sese prædicando Dei Verbo impendit. Plures novos in Italia sui Ordinis Conventus erexit, & veteres ad antiquam revocavit disciplinam. Tandem Commissarius Terræ sanctæ Hierosolymam mittebatur, sed paucis ex post annis in Italiam reversus geminato fervore in prædicationis officium incubuit, atque ut Fidelium corda erga Servatorem nostrum magis inflammaret, solemne illi fuit

S. Bern. vit.
per Joan.
Capistr.

suit sacratissimum IESU nomen in quo-Sæcul. XV.
 dam circulo radiis solaribus cincto de- A. Q. 1444.
 scribere, ac curare, ut ejusmodi figurae
 complures efformarentur. Non defuere,
 qui nomini ejus invidentus, ipsum erro-
 nea in suis sermonibus in vulgus sparge-
 re dicebant, eumque ad summum etiam
 Pontificem deferebant, adeo, ut Marti-
 nus V. multis, gravibusque accusationi-
 bus pulsatus, illum in jus vocaret, ejus-
 demque libros alijs examinandos com-
 mitteret, qui tamen omnia ejus scripta
 fidei orthodoxæ apprime consona judi-
 cabant; quapropter a Papa benevole au-
 ditus, ab omni criminum objectorum no-
 ta immunitis declarabatur, concessa eidem
 sui Ministerii munia libere prosequendi
 facultate. Præterea Senenses, Ferra- S. Bern. Sen.
 rienses, & Urbinatenses missis ad Papam Vita per
 Eugenium IV. Oratoribus Bernardinum Joan.
 sibi Antistitem præfici optabant, sed Vir Capistr.
 sanctus oblatam dignitatem, quamvis ab
 ipso Pontifice instanter rogaretur, con-
 stanti animo respuit, nec aliud, quam mu-
 nus Vicarii Generalis Fratrum de Obser-
 vantia pro tota Italia acceptavit, in quo
 lapsam instituti disciplinam revocavit, &
 trecentos ferme Conventus a fundamen-
 tis erexit. Nicolaus V. eundem sexto
 post obitum anno, Sanctorum Coetui an-
 numerandum censuit Anno Jubilæi mil-
 lesimo quadringentesimo quinquagesimo.

Hujus

ibid.

Sæcul. XV. Hujus Sancti Doctoris opera in qua
 A. C. 1444. tuor tomos nonnisi tractatus morales ac
 asceticos complectentes divisa exstant,
 quibus insertum habetur duplex, ut vo-
 cant, *Quadragesimale*, quos tamen sermo-
 nes ob diversitatem styli ex ejus calamo
 profluxisse, negant Critici. Praeter edi-
 tionem Venetiis anno Christi millesimo
 quingentesimo nonagesimo primo factam,
 alia Parisiensibus literis Anno sexcentesi-
 mo trigesimo quinto supra millesimum
 duobus majoris formæ voluminibus ex-
 cusa habetur.

§. XCV.

Aetum de pace Franciam inter & Angliam.

Cum ambo Reges, Gallus, Anglusque
 ob diuturnum bellum viribus, & ani-
 mo fracti essent, Henricus VI. ex ceteris pri-
 mus pacis fundamenta jacturus, de con-
 ditionibus egit, consensitque, ut urbs quæ-
 dam Gallorum imperio subjecta nomina-
 retur, in qua conventus agi deberet. Se-
 ligebatur ad faniendam concordiam Tu-
 ronium, ad quam urbem convenere Re-
 gis Angliæ nomine Comes Suffolciæ, &
 Robertus de Rore. Ablegabat Burgun-
 diæ Dux Joannem Crojum Hannoniæ
 Prætorem: A Rege autem Franciæ illuc
 Decreti fuere Dux Aurelianensis, Vindo-
 cinen-